



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De ordinanda Missa ex Rubricis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

Et in Dominica Palmarum in Missis pri-  
vatis legitur Evangelium, quod ponit-  
tur in benedictione Palmarum, quod  
etiam lectum est in Officio. In Vigiliis  
quæ occurunt in Quadragesima, vel  
Quatuor temporibus, non legitur Evan-  
gelium Vigiliæ in fine Missæ. Et simili-  
ter in Missis Votivis nunquam legitur in  
fine aliud Evangelium, nisi sancti Joan-  
nis.

*DE ORDINANDA MISSA EX SV-  
pradicis Rubricis.*

XIV.

i. Supradictis Rubricis cognitis, si  
quis velit ordinare Missam diei, recur-  
rat ad Ordinarium Missarum de Tem-  
pore, vel de Sanctis, secundum qualita-  
tem Officii. Si proprium non habeat, re-  
currat ad Commune Sanctorum. Si de  
Feria agendum sit, & propria Missa non  
fuerit de Feria, dicatur Missa præce-  
dantis Dominicæ, omissis *Gloria in excel-  
sis*, & *Symbolo*, præterquam Tempore  
Paschali, in quo semper dicitur *Gloria in  
excelsis*, ut supra, excepta Missa Rogatio-  
num:

pri-  
 oni-  
 uod  
 illis  
 vel  
 van-  
 nili-  
 ar in  
 pan-  
 SV.  
 um: & in Adventu prætermittitur **Al-**  
 leluia post Graduale cum suo Versu. Si di-  
 cenda sit Missa Votiva, requiratur post  
**Commune Sanctorum** suo loco. Si plu-  
 res Orationes dicendæ sint, requirantur  
 post Missas Votivas, suo loco de singu-  
 lis rebus singulæ. Si pro defunctis di-  
 cenda sit Missa, habetur post Missas vo-  
 tivas, cum Collectis diversis, circa fi-  
 nem Missalis, Ordo totius Missæ, cum  
 Præfationibus, Canone, & aliis dicen-  
 dis, habetur suo loco, cum proprio Mis-  
 sarum de Tempore.

DE HORA CELEBRANDI  
*Missam.*

XV.

1. Missa privata saltem post Matuti-  
num, & Laudes, quacunque hora ab au-  
rora usque ad meridiem dici potest.

2. Missa autem Conventionalis & solennis,  
seuenti ordine dici debet. In Festis Duplicibus  
& Semiduplicibus, in Dominicus, & infra O-  
ctavas, dicta in Choro Hora tertia. In festis  
Simplicibus & Feriis per annum dicta Sexta.  
In Adventu, Quadragesima, Quatuor Tem-  
poris